



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

IV. Quia non contentus cura ouium commissarum alias duxit in ouile
Dominicum, & insuper pro nomine Christi desiderauit peregrinari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

neq; frequentia frontem rugaret; dum venientibus & anima deliciis affatim, & naturæ debita præberet. Ad excubias commissi gregis peruigili sollicitudine porrectus, aditum tetra rapacitatis ita pastoralibus armis obsedit, vt per vicos singulasq; domos fidelium cœlestis discursus sideris tenebras reuerberaret & erroris,

IV.

Nullus erat læuistam vilis, nulla persona tam humilis, quocum non declinaret salus animarum, redimentē tempus ne ad horreum domini vacuus rediret. Sufficeret hoc quibusdam non immeritò, si circumscriptum sibi terminum cultura sacerdotali tam diligenter ambiret, verum illi tanta sedulitas dominicæ messis inasfit, vt adiacentes GALLORVM aliarumq; gentium prouincias ad littus solidæ conuersationis hamo Petri attraheret. Quapropter frequentabant sedem eius religiosæ simul & indifferentes personæ complures, quas odor aromatatur eius à remotioribus locis adduxit, quibus fidelis dispensator ad mensuram cuiusq; depositum suum prudenter distribuit, vt non minus de illo quam de alijs apostolicis viris dici posset illud psalmi: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ. Nam candens amoris igne superni dum in colligendis animabus singulis paucitatem fructus ad magnitudinem voluntatis excreuisse non cerneret, & indignatio secum reputantis studio suo nullius momenti donaret pretium, inter angustias disceptantis conscientia perlatum est ad eum, AVARES, quos alijs nominibus HVNOS & VNGROS appellamus, Pannoniæ incolatu idololatriæ squalere veterno, & in luce multarum id locorum gentium, hanc solam veritatis diem nō habere. His auditis tanto compassus animarum dispendio, ægritudinem cordis spe recuperandæ gentis interdum leniuit, interdum difficultates itinerum,

Psalm. 76.

rum, peregrini mores locorum, affectus eorum, quos relicturus erat, respectus infirmitatis humanæ, pedem aliquantulum retrahunt ab inceptis. Porro facultatem oblatâ sibi, cum in sarriçda deceptę gentilitatis humo fidei sarculo vteretur impigre, nec posse nec oportere negligi putavit, quando & ipse hoc sæpe optauerit, vt pro amore fraternitatis & DEI, periculum subiret.

V.

Vicit ergò in optimo ingenio, & ardua via, & potior causa: nam constituto pro se examinatę personę viro, ipse ad noua tyrocinia strenuus miles succingitur; Et adscito inter alios necessitatis suę comites, quia linguam TEVTONICAM non nouerat, VITALE quodam presbytero interprete, perrexit; in Barbarie disciplinam, in exilio patriam, inter immanes cognationem facturus. Quę omnia licet prius bene tenuerit, melius tamen dereliquit; & quę sine appetitu iucunde licerent, abdicata iocunditate cum licentia, ne vbi rerum præsens affluentia thesaurum beatę remunerationis obæraret, pauperes diuitias diues pauper exposuit. Inde viam ne quo pigresceret otio inrequietus agricola præsumit, & GALLIAM, qua tendebat iter, & RHENI fluminis contigua, plantis verbi DEI filuescere & insitiam noui hominis gemmam, protoplasti emortuo stipite, frondescere ipse quidem studuit; sed incrementi datorem Christum operis summa comprobauit: quippe qui, vbi DEI scientia meritis accessit, sobolem regenerationis edidit. Hoc igitur modo fidelis in BARIOARIOS fines, qui meridiem versus, ALPIBUS; ad orientem VNGRIS; ad aquilonem verò HIRCANO nemori limitem GERMANIÆ protendunt, non hac conterritus meta, deuenit. Vbi cum defluentis HISTRI fluminis imperium sequeretur, RATISBONAM accessit urbem

C

quæ